

14248

PARTITIONUM  
*Theologicarum,*

Disputatio XIV.

DE  
COMMUNICA-  
TIONE PERSONAE  
ET NATURARUM  
IN CHRISTO.

In illustri Academiâ Witteber-  
gensî proposita;

PRÆSIDE  
M. IACOBO MARTINI  
Professore publico:

RESPONDENTE  
M. JOHANNE BRAKERMANNO  
Dantiscano Borusso.

MAGDAEBURGI,  
Excudebat Ioachimus Boëlius.  
Sumtibus Clementis Bergeri Bibliopolæ  
Witteberg: Anno 1611.

Theol.ev.dogm.  
68<sup>m</sup>, 14



V I R O

*Reverendo, Clarissimo ac Doctissimo,*

**DN. M. CONRADO  
BRAKERMANNO,**

Ecclesiæ Marianæ, quæ est Dantisci, Pastori  
vigilantissimo, Parenti suo æter-  
num honorando.

*Theologicam hanc Συζήτησιν in debitæ pietatis Symbolum.*

D. D. D.

M. Iohannes Brakerman Re-  
spondens, Filius.


Sächsische  
Landesbibliothek  
Dresden

Aus der  
Schloßbibliothek zu Oels  
1885





## Typus hujus Disputationis.





## DISPUTATIO XIV.

# De Communicatione Personæ & naturarum in Christo.

## CONTINVATIO.

**D**E duabus in Christo naturis, deq[ue] earum unione personali arctissimâ sufficienter actum esse reor in precedente disputatione: Cum autem dictum ibi sit & probatum, unionem illam sine novitate & communicatione factam non esse; sequitur porrò considerandum, quæ illius novitias ratio & natura; ut ita perfectam (quoad quidem in hac imbecillitate, præludiente verbo divino, fieri queat) hujus mysterij, sive (ut Ecclesia canit) admirabilis commercij, omnem humanae rationis actum infinites superantis, cognitionem nanciscamur.

## THESSIS. I.

**D**E Communicatione igitur agentibus, primùm termini quorum usus hic frequentissimus est, sunt explicandi: Deinde ad ipsam rem progrediendum.

- Termini  
bic consi-  
derandi.
2. Termini isti, vel concernunt ipsam communicationis essentiam & naturam, vel spectant prædicandi modum, ex communicatione illâ fluentem.
  3. Piores vel dicunt ea, quæ communicantur; vel communicationem ipsam.

4. Ea,

4. Ea, quæ h̄c communicari dicuntur, vel ipsam personam concernunt: vel naturas diversas consequuntur.

5. Concernentia integrum C H R I S T I personam, sunt partim duæ naturæ, divina & humana; partim per Duæ naturæ ipsa. Per hosce autem terminos quid h̄c intelligatur, non opus est, ut declaretur: quandoquidem Persona. eorum significatio, & plenarius intellectus pendet ex eis, quæ in præcedente disputatione tractata & explicata sunt.

6. Consequentia naturarum sunt propria: non quidem quodd divina propria essentiam divinam ita consequantur, ut humanam humanam: sunt enim illa cum natura τευτ̄ & planè idem: sed quia eum in modum ab intellectu nostro (qui propter summam suam imbecillitatem totam essentialē D E I virtutem simul apprehendere nequit) concipiuntur.

7. Distinguimus in nostris Institutionibus Logicis lib. Proprium i. cap. 4. inter ἵδιον πεὸς κατηγορίαν, nempe quod ita distinguimus respectu ὑποκειμένης πεὸς κατηγορίαν: Et inter ἵδιον τυρ. ωρὸς ὑπαρξίαν, quod ita vocamus respectu inhæsionis, siue ωρὸς ὑπαρξίαν.

8. Illud includit non tantum ἐπαρτωδεῖς, verūm etiam ἀστωδεῖς: hoc tantum ἐπαρτωδεῖς & accidentale proprium.

9. Quam distinctionem propterea præmittimus, ut inter propria etiam numerare possimus essentialia Dei attributa, quæ humanitati per unionem communicata hoc loco dicuntur: Quæ sanè accidentia Divinæ substantiæ judicanda non sunt, quippè in quam nullum omnino cadit accidens: Sed essentialia, imò <sup>Propria di-</sup> <sub>vina non</sub> sunt accidentia. essentialia D E I ipsa.

10. Omnipotentia enim non est D E I qualitas ἐπαρ-

σιώδης sed κατιώδης, ideoq; ipsa essentia divina: cùm plā-  
nè nihil in D e o sit, quod D u s non sit: idem statuen-  
dum de cæteris divinæ naturæ attributis.

*Subiectum* 11. *Subjectum* igitur, cui proprium inesse dicitur, hīc  
*propriorū.* generaliter intelligimus omne illud, de quo illud, si-  
ve ἀστικός, sive ἐπεστικός denominativē prædicari pot-  
est: Et consequenter, id proprium esse, quod alteri  
inest, vel ἀστικός vel ἐπεστικός οὐχι πρωτικός. Illud enim  
est μόνος. Quod verò alicui inest μόνος, id ē ratione,  
quā ei inest μόνος, est proprium eius. Quandoquidem  
τὸ μόνον est proprius character, quo proprium indiga-  
tur. *Videatur Tractatus meus de Comm: Propriorum,*  
*Cap. 2.*

12. Unde dictum fuit *in præced: disþ: tb: 71.* nos hīc  
in doctrina de Persona C H R I S T I idiomata sive pro-  
pria vocare omnia illa, quibus in unitate personæ τὰ  
λόγια duæ naturæ, humana & divina, à se invicem di-  
stinguuntur.

*Communi-  
catio.* 13. Communicatio duplex est: *Una κατὰ μέθεξιν par-  
ticipatio essentialis:* quā unum alterius definitione  
*κατὰ μέ-  
θεξιν.* atque essentiā participat, veluti species generum &  
differentiarum sunt participes: quam essentiæ partici-  
pationem priorum quoq; communicatio conse-  
quitur, sicuti homini cum essentiā animalis sentiendi  
quoq; facultas est communis.

*Communi-  
catio.* 14. Altera communica est, quæ fit *κατὰ συνδιάστι-  
ντιαν* secundūm consociationem duarum diversarum natu-  
rarum, & in specie *κοινωνία*, cmmunicatio, vocatur;  
*κατὰ συν-  
διάστια.* Estq; iterum duplūx: *Verbalis & Realis.*

*Communi-  
catio ver-  
balis.* 15. *Verbalis* est, quā proprium partis in prædicatio-  
ne per Synecdochen juxta nudum nomen toti attri-  
buitur, propter illam partem per regulam Logicam.

Pro-

*Proprium partis recte tribuitur toti propter illam, ita ut pars sola sit subiectum inhæsionis, totum autem saltem subiectum prædicationis seu denominationis. Sic poculum, vino repletum, prædicatione extrinsecâ dicitur humidum propter vinum: AEthiops propter cutem, alius quispiam propter barbam, prædicatione extrinsecâ niger nominatur.*

16. Hanc nudâ prædicatione constantem *noīvōiā* cum sociis suis Kekermannus, iisdem verbis & exemplis explicatam, in doctrinam de Persona C H R I S T I invehunt, dum C H R I S T U M totum quidem passum esse, omnia posse, omnia scire, omnia præsentem gubernare, & similiâ prædicant: Sed ita, ut res ipsa, quoad passionem, in solâ eius humanitate, quoad reliqua, in solâ eius divinitate, eo se se modo habeat: quam explicationem, tanquam impiam, meritò reiicimus, cum illic opus redēptionis nostræ enervet, h̄ic verò C H R I S T U M hominem inanibus absq; re titulis illudat.

17. Imò, si rem penitus introspiciamus, ipsam personalem, & (ut ita dicam) realissimam divinitatis & humanitatis C H R I S T I unionem evertit. Nam quam realis est unio, tam realis idiomatum communicatio. Atqui iuxta istorum opinionem communicatio non est realis, sed in extrinseca tantum consistit prædicatione: Ergo nec unio realis erit, sed in extrinseca duntaxat prædicatione consistit. *α θεον.*

18. Realem non definimus naturali proprietatum *Communi-*  
*unius subiecti in alterum effusione: quod portentum catio rea-*  
*Eutychianum est, & orthodoxis nequiter affingitur. lis.*

19. Nec eam dicimus essentialē participationem,  
quā ex confusione & συγχύσῃ, comminutione, essen-  
tiarum & proprietatū interesse oriatur tertium aliquod,  
quod

quod neutrum sit, sicut aquâ & melle permixtis, sit  
mulsum, quod neq; mera aqua, neq; purum mel.

20. Nec *κοινωνίαν*, communicationem, hoc loco ac-  
cipimus pro tali cauſatione, quâ cauſa aliqua alteri  
subiecto effectum alterum aliquem tribuit: Sicut Deus  
bonitatem suam creaturis, præceptor discipulo artem,  
amicus amico consilium communicare dicitur.

21. Sed talem intelligimus Communicationem in-  
ter diversas naturas, arctissimo vinculo copulatas,  
quâ propria unius naturæ ita de toto *τριθυρούμενῳ* seu  
**complexo** prædicentur, ut ab utrâq; eius totius natu-  
râ minimè sint separata, sed alteri quidem, tanquam  
subiecto primo, & primariæ cauſæ efficienti insint, &  
propter hanc secundo subiecto & secundariæ cauſæ  
efficienti, id est, ipsi toti individuo ex duabus naturis  
constant reverâ attribuantur: atq; de hac *κοινωνίᾳ* ma-  
ximè controvertitur.

- Termini*  
*prædicandi modum*  
*speciantes.*  
*Concre-*  
*tum.*
22. Termini, qui spectant prædicandi modum, sunt  
*Concretum & Abstractum.*
23. *Concretum* in hac doctrinâ est vocabulum signi-  
ficans totam personam in duabus naturis consisten-  
tem, ut, *D e u s, homo, Filius hominis.*
24. Ubi tamen notandum, quod sæpius eiusmodi  
vocibus ad alterutram naturam in illâ complexione  
respiciarur, nempe *D e u s* principaliter notat divinam  
naturam: *Homo*, humanam, idq; contingere in duplice  
propositione in genere monet *Hafenrefferus*: I. In pro-  
positionibus, quibus mysteriū incarnationis & uni-  
onis personalis exprimitur, ut *Johan. i. v. 14. Verbum caro  
factum est: Id est, D e u s est homo, i. Corinth. i. 15. v. 47.  
Secundus homo est D O M I N U S de cælo.* II. In propositio-  
nibus, in quibus de toto constituto naturæ seu partes  
enunciantur, hæc est de C H R I S T O, D e u s aut homo  
præ-

prædicatur: *CHRISTUS est Deus: CHRISTUS est homo.*

25. Alii dividunt *concreta* in *concreta personæ*, & *concreta naturæ*.

26. *Concreta personæ* sunt eiusmodi vocabula, quæ *Concreta* notant ambas personas, unâ *CHRISTI* hypostasi sub- *personæ*.  
fistentes, ut sunt: *CHRISTUS*, *Emanuel*, *Dominus*, *Ad-*  
*vocatus*: Interdum etiam vocabula *Dei* & *hominis*,  
prout in hoc negotio singulariter pro filio *Dei* acci-  
piuntur.

27. *Concreta naturarum* dicimus vocabula formaliter *Concreta* unam naturam denotantia, sed cum annotatione *natura-*  
suppositi, quo quidē divina natura includitur, sed ex- *rum.*  
pressè non notatur, verūm per prædicatum explicatur:  
Ut in hac enunciatione: *Homo est Deus.*

28. *Abstractum* est vocabulum significans alterutram *Abstractum* naturam in *CHRISTO*, distinctè quidem, verūm non  
divisim, nequaquam extra unionem, sed in unione hy-  
postaticâ consideratam. Unde sæpius contingit, ut res  
sit *concreta*, licet vocabula vulgo *abstracta* sint. Ut,  
*Verbum est caro, Joh. i. v. 14. Qui manducat meam CAR-*  
*NEM, & bibit meum SANGVINEM, habet vitam eter-*  
*nam, Joh. vi. v. 54.*

29. *Abstracta* hæc duorum sunt generum: Vel enim *Abstracta* sunt vocabula usitatè *abstracta* nominata, ut *divinitas*, *duorū sunt* *humanitas*, *vita*, *mortalitas*: Vel sunt voces, quæ non in *generum.* *abstracta* nominata, ut *divinitas*, *humanitas*, *vita*, *mortalitas*: Vel sunt voces, quæ non in  
tegram *CHRISTI* personam, sed alteram duntaxat na- *abstracta*.  
turam designant: ut, *Verbum*, *Caro*, *Deus*, *homo*, *Filius ho-*  
*minis*, *semē mulieris*, *Abrahæ*, *Davidis*, nempe quādō non *Voces alte-*  
totam personā, sed alteram tantū naturam significant. *ram natu-*  
30. Alii distinguunt etiam hoc loco inter *Abstracta*, *ficantes.*  
*personæ*, & *abstracta naturæ*. Per *Abstractum personæ* intel- *Abstracta*  
ligunt illa vocabula, quæ non utramq; naturam for- *personæ.*  
maliter

maliter exprimunt: quomodo concreta naturæ ab-  
*Abstracta*  
stracta personæ dici possint. Per *Abstracta naturæ*, in-  
telligunt illa vocabula, quæ nudam formam sive quid-  
itatem, sine suppositi vel subsistentiæ connotatione  
significant, ut, *divinitas*, *humanitas*, *divina natura*, *bu-  
mana natura*.

*Communi-  
catio du-  
plex.*

*Prior.*

*Communi-  
catio per-  
sonæ.*

31. Præcognitis prænoscendis rectâ nunc ad rem i-  
psam nos accingimus. **Communicatio alia est prior:**  
*alia posterior.*

32. *Prior est vel persona, vel naturarum.*

33. *Communicatio personæ est, quâ λόγῳ assumendo*  
humanam naturam, suâ propriam personam commu-  
nicavit cum assumtâ naturâ, ut in eâ reverâ subsistat.

34. *Humana enim natura vel subsistit, & est ἀνύποτα-  
τό: vel non subsistit & est αὐτούποτον.*

35. Si hoc: aut est accidens, aut planè nihil: utrumq;  
absurdum. Hoc, quia negatur humana natura ἀπλῶς:  
Illud, quia est contradic̄tio in adiecto, esse humanam  
naturam, & esse accidens. Evertitur ergo hoc modo  
totum unionis hypostaticæ mysterium.

36. Humanam igitur naturam subsistere nemo ne-  
gabit: Ergo vel per propriâ hypostasin, & erit αὐτούποτα-  
τό, sive ἴδιούποτον: vel per alienam, & erit ἐπεργούπο-  
το.

37. Si prius concedatur: I. Non assumit λόγῳ no-  
stram naturam, sed integrum personam, quod contra-  
fidem. II. Non est amplius unus **CHRISTUS**, sed du-  
plex, quod contra Apostolum, *Rom. 5. v. 15.* & *I. Cor. 8.  
v. 6.* III. Non fuit Maria Ἰερόνῳ: quod contra Evange-  
listam *Luc. 1. v. 32.*

38. Posterior ergo verum erit: Id igitur, in quo hu-  
mana **CHRISTI** natura subsistit, aut creatum est, aut  
increatum.

39. Non

39. Non illud: quia humana natura non est assumta à creaturâ: Ergo neq; in eâ potest subsistere.
40. Increatum igitur erit, in quo subsistit humana natura, nempe ipsa τὸς λόγος θεός συστις.
41. Jam queritur de modo: 1. vel ut humanitas tantum sustentionem à λόγῳ accipiat, ut loquitur Beza in Colloq. Mompelgar: 2. vel ut caro in λόγον sit mutata, & λόγος suam ταύτασιν transfuderit: 3. vel, ut λόγος similem ταύτασιν carni increaverit: 4. vel ut eam per γόινα divinam ipfi dederit; 5. vel tantum ut eam per realem κοινωνίαν communicaverit.
42. Primus modus non est concedendus: Quod inde sequatur, omnes omnino creaturas personaliter λόγῳ unitas esse. Quandoquidem omnia, quae in cœlo sunt & in terrâ, ab ipso, tanquam creatore suo, dependent & sustentantur, Heb. i. v. 3. Nec non omnia in ipso sunt, vivunt, moventur, Actor. 17. v. 8.
43. Neq; secundus: Is enim Eutychesimum sapit. 2.
44. Neq; tertius: Introducitur enim eo naturarum λύσις & personæ διηρότης. 3.
45. Neq; quartus: quippe quo asseritur σύγχυσις Eutychiana, diciturq; caro, sive humanitas Christi ipse λόγος. 4.
46. Cùm igitur nullus aliis modus supersit, quam quintus & humana Christi natura reverâ in persona τὸς λόγος subsistat: sequitur, quod illa humanitati per veram & realem κοινωνίαν sit communicata, nempe per quam solam id, quod proprium unius est, potest alteri commune fieri, sine mutatione confusione, conversione, vel exæquatione.
47. Quia igitur humana natura in se habet suam ef-

sentiam & existentiam, subsistentiam verò suam, non  
in se, sed in λόγῳ, quilibet intelligit ea, quæ carni Chri-  
sti attribuuntur duplice esse generis, nempe quædam  
illi convenire, quatenus est humana natura, & nobis  
όμοίστοι: quædam verò quatenus τῷ λόγῳ humana na-  
tura est, & in λόγῳ subsistit: illaq̄, tribui σωδῶς, hæc  
πάραστα.

48. Nam humanæ naturæ nihil personaliter vel ob-  
actum hypostaticum & personalem tribui posse, ut sta-  
tuere videtur Sadeel. lib. de verit. hum. nat. dist. 7. falsissi-  
mum est.

49. Etsi enim illa non sit πάραστα, est tamen, ut lo-  
cuti sunt Patres, πάραστα, personata, quippe quæ (ut  
evicimus) reverâ personam τῷ λόγῳ communicatam  
habet: Cur igitur illi nihil ob hanc πάραστας κοινωνίαν  
attribuendum foret?

50. Quæ si ritè observentur, facili negotio ad appa-  
rentes contradictiones, quas adversa pars hīc necit &  
nobis obiicit, respondebitur. Quomodo enim con-  
tradictio erit, quando termini non secundūm idem &  
ώστεις sumuntur.

Communi- 51. Commuicatio naturarum in personâ CHRISTI  
catio Na- est eiusmodi divinæ & humanæ naturæ σωδῶσις, quâ  
turarum illa admirabili περιχωρήσῃ, circumincectione ac immea-  
quid. tione profundissimâ, instar formæ alicuius humanam  
naturam subsistentificat, perficit, illamq; cum omni-  
bus suis affectionibus sibi appropriat, adeò ut ex utrâ-  
que constituatur unum incommunicabile, indeq; o-  
riatur prædicatio, quâ concretum unius naturæ, de  
concreto alterius naturæ verè dicitur: ut, Deus est ho-  
mo: Et, homo est Deus. Item: Filius Deus est filius homi-  
nis: Et, Filius hominis est filius Deus.

52. Communicationem hanc probamus partim ma-  
nife-

manifestis Sacrae scripturæ dictis: partim rationibus ex i-  
psâ unionē petitis.

§3. Dicta Scripturæ hæc sunt: Colos. 2, v. 9: *In ipso Probatur*  
*(Christo) inhabitat omnis plenitudo Deitatis σωματικῶς*. dictis. Scri-  
tūs. Ubi ad duo attendatur: ad id, quod inhabitat, & ad p̄turā.  
id, in quo inhabitatur: Id quod inhabitat, est τὸ λόγον  
τῆς Γεόντος: Id verò, in quo illa plenitudo habitat, est  
**CHRISTUS**: Et per consequens, vel eius divina vel  
humana natura. Non illa: tolleretur enim dilicimen-  
ter inhabitans, & (ut ita loquar) inhabitatum: di-  
cereturq; divinitas habitare in divinitate, & idem in  
scipso: αὐτῷ. Ergo hæc est, in quā illa plenitudo ha-  
bitat: Propterea quod additur σωματικῶς, ut sit sen-  
sus: *Omnis plenitudo divinæ naturæ* (sunt verba Hiero-  
nymi supra hunc locum) *in corpore ejus inhabitat*. Quo  
certè divinitatis cum humana Christi natutâ com-  
municatio satis manifestò asseritur. Quandoquidem  
per hanc respectu divinæ naturæ nihil aliud volumus  
intellectum, quam possessionem & inhabitationem,  
sive κατόμην personalem in assumtâ carnē.

§4. Deinde quod humana quoq; natura dici pos-  
sit cum λόγῳ communicata, λόγοςq; humanae naturae ve-  
rissimè factus ξωνωνώς, ad sensum usq; patet, ex illo Heb.  
2, v. ii: *Sicut pueri communicant carni & sanguini; ita si-  
militer Deus participavit ipsisdem*. Ubi sententia & af-  
fertio nostra habetur in terminis, proindeq; ubiore  
explicatione non indiget.

§5. Rationes has damus: I. Quia communicatio *Probatur*  
personæ τῷ λόγῳ est facta: Ergo & natura. Conse-  
quentia est certa: quia natura divina τῷ λόγῳ & hypo-  
stasis realiter non differunt. II. Quia natura divina &  
humana sunt unitæ ut ἀντελέχεια & δύναμις: Ergo huma-  
nitas Christi tanquam δύναμις in veram divinitatis

τοῦ λόγου ταῦτα ἡ τέλεχείας, κοινωνίας πέρινεν. Ratio consequentiæ est: quæ enim ita uniuntur, sine κοινωνίᾳ μητρὶα ὑπάρχει nequeunt, uti id manifestum est generaliter in unione formæ & materiae, Specialiter vero in ἐνώσει animæ rationalis & corporis organici, quā homo constituitur. III. Quia duæ naturæ in Christo non sunt unitæ καὶ συμβεβηκόσ, non χετηκόσ, non ἀδεσποτήκοσ, vel quodam alio leviori unionis modo: sed ἀποστημάτηκοσ, hoc est, ἐνώσει longè arctissimâ & coniunctissimâ, quā naturæ profundissimè se invicem immearunt, & pertransierunt, ita nimirum ut ex illis sit unum incomunicabile ὑφιστάμενον constitutum. Quod vero quomodo sine κοινωνίᾳ naturarum factum sit, ne cogitari quidem potest. Quæ ratio fluit ex secundâ. IV. Quia prædicationes ex hac unione & communicatione ortæ id ipsum luculentissimè probant: Cùm modus prædicandi sequatur modum essendi: & prædicari semper supponat inesse. Quia igitur divina natura de humanâ prædicetur in concreto, & contrâ: quomodo prædictio illa vera erit, sine κοινωνίᾳ naturarum, nullus me Logicus docebit. Sed res hæc clarior erit ex accuratio-  
re huius prædicationis θεωρίᾳ.

Prædications personales quid.

§6. Prædictio hæc definitur, quod sit ejusmodi prædictio, quā concretum unius naturæ de concret altero ius verè dicitur, ut: Deus est homo: Et, homo est Deus. Filius Deus est filius hominis: & filius hominis est Filius Deus.

§7. In prædicationibus hisce duo sunt observanda; primū, quid dicant, sive significant. Alterum, qualis inibi sit prædicandi modus, si revocetur ad examen Logicum.

§8. Primum ut indagemus, ita procedimus. Prædicationes illæ personales vel sunt tantum verbales & sine

fine re: vel sunt reales & vetæ. Si illud: Deus tantum  
verbo-tenus & titulo-tenus homo erit. Germen Davi-  
dis tantum titulo-tenus Jehova & justitia nostra dici-  
tur. Verùm quis tam atheos, qui id audeat affirmare, ? sunt veræ.  
Verae igitur sunt & reales, & rem ipsam, quam notant,  
significant & intellectui obiiciunt.

59. Veræ sunt: Ergo aut usitatae; aut inusitatae. Non usita-

60. Si usitatae, aut propriae, aut figuratae. tæ.

61. Hoc, nempe quòd figuratae sint, plæriq; defen- Non figu-  
dunt Calviniani. Quidam enim nescio qualem in pro- rate.  
positione hac; *Homo est Deus*; ἄλλοιων introducunt,  
ut sit sensus: *Divinitas Filij Dei, humanitati unita, est*  
*Deus*. Hunc autem ut inde eliant, omnes ferè tropo-  
rum rhetoriconum cellulas ut excutiant, necessum ha-  
bent.

62. Primùm, inquiunt, subiectum (*Homo*) quòd  
totam speciem humānam significat, hīc ponì per Sy-  
necdochēn integri promembro, uno nempe singulāri  
homine, *CHRISTO*.

63. Verùm quæ hæc vanitas est, & rerum Logica-  
rum iuxta ac Rethoricarum turpis ignorantia. *Homo*  
enim non per se est species vel speciem denotat, sed per  
operationem Logicam modò species, modò aliud  
esse potest prædicabile. Quatenus enim animali subi-  
citur, eius species est: quatenus verò de animali prædi-  
cari potest, eatenus eius est accidens. Nam licet omnis  
*homo* necessariò sit *animal*: accidit tamen *animali*, quòd  
sit *homo*: potest enim esse, licet homo non sit; ut quanto  
creationis die fuerunt animalia: sed homo nondum  
fuit. Sive igitur particularites sunt subiectum, ut ira  
maneat terminus universalis, sed particulariter acce-  
ptus propter prædicatum: sive individualiter: sine o-  
mni omnino tropo id fieri potest.

64. Quan-

64. Quando enim prædicatum strictius est subiecto, tum universalitatem subiecti limitat & determinat, terminumq; in eo posatum universalem ad particularem restringit: Cùm ita sint intelligenda & extendenda subiecta, ut à suis prædicatis permittuntur: atq; hoc sit sine omni tropo: alias omnis propositio particularis esset figurata: Quod falsum & absurdum.

65. Hæc itaq; propositio (*homo est Deus*) esse potest indefinita, æquipollens particulari huic: *Quidam homo est Deus*: idq; sine tropo fieri sciunt illi, qui Logica non plane ignorant: vel æqui pollens singulari huic: *Hic homo* (nempe qui mundi Messias est) *est Deus*: atq; id iterum sine tropo: sed per propriam determinationem, quam habet subiectum à prædicato. Atq; ita explosa est prima tropologia.

66. Alterum tropum, quem in subiecto excogitant, est *Synecdoche membra pro integro*. Putant enim humas nam saltem naturam Christi illo exprimi. Et hoc absurdissimum est. Estne *humanitas* sive *humana natura* abstractum, & *homo* concretum? Si illud: quæritur, à quo sit abstracta? Certè à personâ: Ergo humana natura significat abstractum à personâ: Et *homo* significat humanam naturam in personâ & cum personâ in concreto. Nam *homo est persona*, quæ habet humanitatem: vel prædita est humanâ naturâ. At ex sacris literis intelligo, & fide catholicâ confiteor, quod illa persona non sit finita vel nudi hominis, sed ipsius Dei persona: à quo divina natura non re distinguitur; sed cum eâ ἀπλῶς idem est. Ergo in subiecto homo non significat humanitatem nudam, sed humanitatem subsistentem in personâ τῇ λόγῳ, quæ persona, quia ipse Deus est, recte & verè & sine omni tropo &

Synec-

Synecdoche in prædicato de eo dicitur, quòd sit Deus. Totum enim personale ponitur in subiecto, sed sub formali de notatione hominis, & in prædicato quoq; idem totum ponitur, sed sub formali de notatione, Dei. Quocirca licet videatur hoc sensu prædicatio hæc (*Homo est Deus*) identica: tamen non est: quia sub aliâ formalitate in prædicato aliquid prædicatur & declaratur de subiecto: quod per subiecti significationem nude sine prædicato extra enunciationem posito intelligi nequit. Quod etiam verum est, in prædicatiōnibus illis, in quibus definitio enunciatur de definito. Videntur quidem identicæ & illæ: Verùm non sunt, quia alio modo essentia exprimitur & declaratur in prædicato, & iterum alio in subiecto: ibi enim confusè, hîc distinctè. Quocirca & hîc tropus evanescit.

67. Tertiò, sui immemores, præcedentem, tropum subvertunt, constituentes in eodem subiecto (*homo*) Synecdochēn integrī pro membro. Si enim hic tropus in dato subiecto locum habet: quomodo, per Deum immortalem, in eodem erit Synecdoche membra pro integro: Cum contraria eidem secundūm idem attribui nequeant.

68. Sed salva res est: Examinabimus & hunc tropum: Statuunt, quòd mediante istâ Synecdoche, posita sit in subiecto totâ persona Christi, pro solâ divinitate: ut inde emergat tandem sensus, ab initio datum: *Divinitas Christi est Deus*. Risum teneatis amici.

69. Non urgebo iam, quòd illa interpretatio sit mera adulatio & nugatio: hoc duntaxat, quod ad tropum spectat, mihi examinandum assumam.

70. Primum igitur in subiecto per *hominem* totam personam denotari, non inficior. Illam verò pro solâ

C

divi-

divinitate positam esse , forsan Corydon quispiam  
concedet ; eruditus nunquam.

71. Probo , I. Quia nomina sunt signa rerum : iam  
*bomo* non denotat , vel significat divinam naturam ; sed  
*carnem* , animâ rationali informatam : Si igitur syne-  
dochë data hîc locum haberet , tûm homo poneretur ,  
ut tota persona pro parte , non quidem ut adversarii  
volunt , pro *divinâ* , sed pro *humanâ naturâ* : *Homo enim*  
neq; *D e u s* , neq; *Deitatem* : sed personam hominis  
vel humanam naturam formaliter notat , quod nemo  
sanus negabit ; Inde verò oriuntur eiusmodi sensus :  
*Humana natura est Deus* : qui quoniam falsissimus  
est , utiq; falsissima arguitur data tropologia . 2. Quia  
ut subiectum concretum est , ideoq; totam personam  
notat , nempe *C H R I S T U M* habentem *Humanitatem* :  
ita etiam pro totâ personâ , utrâq; naturâ constante ,  
sumendum est , cum hâc tamen limitatione , quòd , ut  
diximus , in subiecto formaliter notetur humana natu-  
ra : in prædicato verò divina : Quæ in prædicatione  
hac affirmativè , uniuntur : quia in re , personâ copu-  
lantur , & uniuntur : ideoq; quia in prædicato *D e u s* :  
affirmatur de subiecto , nempe homine , intelligitur ,  
quòd subiectum non nudum significat hominem , sed  
( dextrè sumto hoc termino ) *hominem Deificatum* , hoc  
est , subsistentem in personâ *r̄s θ̄s* , sive *r̄s λόγος*.

72. Eodem modo & ratione falsa est eorundem  
assertio de hac propositione : *D e u s est homo* : Quan-  
do in eâ primùm fingunt *Synecochen generis pro specie* ,  
*pòst membra pro integro* , mox *integri pro membro* : ut ita  
vox (*D e u s*) notet humanam *C H R I S T I* naturam ,  
& istius propositionis sit sensus : *Humanitas C H R I S T I*  
*est homo* .

73. Et

73. Estnè *Deus* genus? Demonstravimus alibi, & quidem rationibus, quæ à nullo hominum refutabuntur, in *Deum* genus Logicum non cadere. Quomodo igitur in termino isto (*Deus*) finetur Synecdoche generis?

74. Neq; reliquæ duæ species Synecdoches locum h̄ic habere possunt ob datam rationem, quia sunt oppositæ & contrariæ. Deinde quia quilibet intelligit, *Deum* formaliter non humanitatem, sed Deitatem notare. Falsum igitur est, poni *Deum*, ut integrum pro parte; sed eodem modo, ut in altero exemplo accipitur pro totâ personâ, nempe pro *Deo* incarnato. Nam propterea, quia *Deus* incarnatus est, de eo rectè & verè prædicatur & dicitur, quòd sit homo. Dici enim requirit inesse.

75. Luce igitur meridianâ clarius est, propositionum harum terminos nullam omnino in se continere talium figurarum, quales adversa pars fingit & pingit: ideoq; prædicationes ipsas figuratas non esse.

76. Materiali igitur, ubi omnes termini suam genuinam significationem retinent, relicto; de formalī, hoc est, de subiecti & prædicati connexione quæritur: num illa sit usitata, hoc est continetur sub modo quodam vulgari & dialectico: an verò respectu Logicæ prædicationis, rectè dicatur inusitata.

77. Hoc problema rectè explicatur & deciditur partim ex scriptura, partim ex Logicâ. Oportet enim, ut harum propositionum personalium verū intellectum ex sacris literis sumamus, illumq; ad modos prædicandi Logicos applicemus: & tūm, an detur similitudo, vel dissimilitudo, judicemus.

78. Notandum igitur primū, in quo consistat præ-

**Prædicandi modus** dicatio Logica. Id ut rectè explicemus, sciatur, quod prædicandi modus Logicus sit duplex: Formalis & Materialis.

plex.

I. Formalis.

79. De formalī & generalissimo agit Philosophus in prædicamentis: Estq; duplex: Affirmativus & negativus. Hic fluit ex doctrina oppositorum; de qua Philosophus in postprædicamentis: ille ex doctrinā prædicamentorum, de quā agit idem in ante prædicamentis, ut loquuntur, & prædicamentis ipsis.

80. Affirmativus ille modus est duplex: ut est οὐώνυμος, sive univocus; vel ὀρθόνυμος, sive denominatus.

Prædicandi modus univocus.

81. Prædicandi modus univocus est illorum, quæ & nomen & definitionem tribuunt subiecto, ut patet ex definitione univocorum lib. Categ: c. 1. §. 2. Atq; ita prædicantur omnia illa, quæ pertinent ad esse rei, & ipsum ērūt constituant: hoc est sunt ipsa res, de qua enunciantur. Suntq; Genus, Species & Differentia: ut illa enumerantur ibidem cap. 5. hoc est, sunt illa, quæ sunt eiusdem prædicamenti & generis: & Aristoteli κατ' θέσην ὡς καδ' ἔποικης κατηγορίαι, in toto Categoriarum libro dicuntur.

Prædicandi modus denominatus.

82. Paronymus verò prædicandi modus illorum est, quæ orta ab uno aliquo (in cuius originis deductione non Grammatica etymologia syllabas ponderans; sed rerum natura inspicienda est, & posterius à priori denominari dicendum) varias terminationes habent: Ubi denominans & denominatum non sunt in eodem genere: Quocirca etiam ab Aristotele, non tam prædicari, quam inesse & attribui subiecto, idq; denominare dicuntur lib. Categ: cap. 5. §. 4, 5.

83. Modi hi fundantur, in prima ὑπόταξι consideratione, quā menti primo obiiciuntur, quāq; considerantur,

tur, vel ut *ōrta* sunt, vel ut insunt: ut illud patet ex se-  
cundâ divisione anteprædicamentali *cap. 2. §. 2.*

84. Cùm igitur tali modo considerari queant &  
substantiæ & accidentia, manifestum est, quòd hi mo-  
di sint generalissimi.

85. Non quidem inficiamur, quòd per *ōrta*, sive  
per ea, quæ *ἀπλῶς* esse dicuntur, *περτῶς* substantiæ, &  
per ea, quæ inesse dicuntur, *περτῶς* accidentia, sint in-  
telligenda: Interim negandum non est, quod vicissim:  
substantiæ considerari possint logicè, ut ea, quæ in-  
sunt: & accidentia, ut ea, quæ sunt. Siquidem distin-  
guendum est, inter *accidens Logicum* sive *Categoricum*,  
& *accidens Physicum*.

86. Non enim quantitatem, qualitatem, &c. consi-  
dero in logicis tantùm; quatenus accidentia sunt, &  
substantiam denominant: Verùm etiam quatenus se i-  
psâ denominant: itemq; quatenus à substantiis deno-  
minari possunt, ut, quando dico: *Aurum est flavum*:  
ibi qualitas flavedo tanquam accidens denominat au-  
rum, tanquam substantiam: quando autem dico, *an-  
nulus est flavus*: ibi Accidens denominat accidens: &  
alterum habet rationem substantiæ sive subiecti: alte-  
rum tantùm rationem accidentis: accidens nempe *an-  
nulus*, habet rationem subiecti & essentiæ: *aurum* verò  
( licet in se substantia sit ) rationem accidentis: quia  
*contingit vel accidit, quod Annulus sit aureus.*

87. Adde, quòd quodlibet accidentale prædicamen-  
tum, ut *āria* & *essentia* considerati queat: nempe qua-  
tenus habet sua genera, species & differentias, atq; ita  
peculiare prædicamentum constituit. Quo modo &  
respectu ei omnia competere & attribui rectè possunt.  
quæ Logicè de substantia in prædicamento substantiæ  
dicuntur. Atq; hactenus explicatus est formalis prædi-

candi modus, qui in parte communi logices spectatur & consideratur.

*Materialis* 88. Quod igitur porrò materialem prædicandi modum attinet, specialior ille est, & ex particularibus materiae conditionibus fluit: nempe quatenus prædicatum dicit aliquid, quod ratione subiecti, vel sit vel insit necessariō: vel dicit aliquid, quod ratione eiusdē sit vel insit contingenter. Ut ita modus prædicandi fundetur non in ipso esse vel inesse: sed in modo essendi, vel inessendi, nempe in necessitate & contingentia rerū. Estq; duplex: vel enim aliquid permodum hunc prædicatur de subiecto perse; vel prædicatur per accidens.

89. De modis hisce agit Philosophus non in parte generali: sed speciali logices: & quidem de priore in doctrinā de demonstratione, & cum primis libro 1. posterior: analyt: cap. 4. Ubi in quatuor subdividitur: De posteriore vero, in Topicis, & cum primis libr. 2. & 3. Top.

90. Hosce modos prædicandi formales & naturales, quia Porphyrius in sua Εἰσαγωγὴ coniungit, & non accuratè distinguit: multi decipiuntur in hac disputatione. Ubi tamen antequam iudicaretur & secundūm præcepta Porphyrii propositiones illæ personales examinarentur, accuratiūs inspicienda & perpendenda es-

*Vſu prædicabilium* set prima statim paragraphus; & illico intelligeretur, Porphyrii mentem non fuisse, primos prædicandi modos exponere: sed terminos, quorum usus esset non tantum ad doctrinam Categoriarum rectè intelligendam: Verum etiam ad definitiones efferendas, ad divisiones instituendas, & omnino ad demonstrationes conficiendas: Vt ita illorum usus se extendat per totum Aristotelis organum.

91. Et constat ex loco allegato lib. 1. post. quòd modus præ-

prædicandi generis & differentiæ de specie, ac speciei  
de individuo pertineat, imò constituat modū primum  
prædicandi materialem, sive per se: quippe complecti-  
tur omnia ea, quæ definitionem & essentiam rei ingre-  
diuntur: Modus verò prædicandi proprii constituat  
secundum: ad quem etiam reducantur tertius & quar-  
tus: qui proprii iuxta Porphyrii doctrinam induunt  
rationem. Omnia postmodùm, quæ illis modis oppo-  
nuntur, referuntur ad prædicandi modum accidenta-  
lem, sive per accidens, quem etiam Porphyrius cum  
Aristotele Accidentis vocat.

92. Quocirca licet concedamus prædicabilia illa  
Porphyrii attingere, & involvere modos prædicandi  
primos, & formales Logicos: negari tamen non pot-  
est, ea περτας exprimere modos prædicandi materiales.  
Non enim in tantum dicunt, quod aliquid sit vel insit,  
sed quomodo sit, vel quomodo insit: quod Logici  
conditionem materiale vocant.

93. Ex quibus liquidum esse puto, primos prædi- Primi mo-  
candi modos formales logicos, esse συνώνυμον, sive uni- di prædi-  
vocum, & ταρπόνυμον sive denominativum: quorum ille candi for-  
simpliciter dicat esse, hic verò inesse, sine ullâ confide- males.  
ratione modi, an nimis per se, sive necessariò; an  
verò peraccidens sive contigenter sit vel insit.

94. Cùm porrò personales hæ prædicationes, di- Disparata  
sparatorum dicantur: quæritur, quid Logici dispara- que sint  
ta vocent. Logici.

95. Disparata logicis dicuntur, quasi disperata,:  
nempe quæ ita divisa & separata sunt, ut unum consti-  
tuere nequeant. Vnde propositiones disparatorum  
affirmativæ veræ esse non possunt. Vbi enim nulla  
est unio in re; ibi quoque nulla unio esse potest in  
terminis, rem exipientibus. Quandoquidem unio  
termi-

terminorum logica, quæ in affirmatione consistit, semper sequitur unionem rerum. Atq; hæc etiam dispartitorum est consideratio logica.

96. Cæterū ex Sacra scripturā propositionem hanc: *Deus est homo*: ita interpretamur:  $\lambda\delta\gamma\Theta$ , sive filius Dei, qui naturā & essentiā Deus est, factus est caro, Joh. 1. v. 14. & hanc iterum per illam:  $\Lambda\delta\gamma\omega\epsilon$  sibi carnem, id est humanam naturam, personaliter univit; Unde Epistola ad Hebræ: *Verbum ēyētō*, apud Johannem positum, per verbum Θπλαυθάν explicat cap. 2: *Non equidem angelos assumſit, sed semen Abrahæ assumſit*: ut hac de re in præcedente disputatione pluribus egimus.

97. Eodem modo judicandum de convertente propositione: *Homo est Deus*. Illam enim explicat dictum ad Colossens. 2. v. 9: *In illo (nempe Christo homine) habitat omnis plenitudo corporaliter*.

98. Ut igitur adhuc clariū harum propositionum sensum exprimam, dico: *Deus est homo*: idem esse, ac si dicas, *Messias noster non tantum verus Deus, sed etiam verus homo est*. Sic homo est Deus: Id est: *Is homo, qui est mediator Dei & hominum, non tantum homo, verum etiam verus Deus est*.

99. Quando igitur ita intelligimus, quòd ex sacris, & quòd ex logica hīc requiritur, consequens est, ut applicatio instituatur, quo conspicuum fiat, an prædicationes hæ sint usitatæ, an inusitatæ, & si inusitatæ, quo respectu sint tales.

100. Primum extra controversiam est, propositiones has personales esse affirmativas: Ergo de illis ex oppositorū doctrinā, quoad modum enunciandi formalem, judicandum non est.

101. *Modus prædicandi formalis affirmativus divisus est in univocum & denominativum*.

102.

102. In prædicationib. illis non esse modum prædicandi univocum, patet: quia neq; genus, neq; species, neq; differentia prædicatur in illis de subiectis.

103. Quæritur ergo anne possit ad denominativum reduci vel anne sit reverâ denominativus.

104. Salvo aliorum eruditissimorum Theologorum judicio, ego, ut Professor Logices, meam paucis exponam sententiam. Videntur propositiones illæ personales sub hoc prædicandi modo contineri.

105. Quod enim in vulgaribus & naturalibus exemplis est subiectum, id hîc est persona. Nam ut ibi duo accidentia in communi subiecto uniuntur, quæ quidem in abstracto de se invicem prædicari non possunt; in concreto vero, nempe quatenus unitatem subiecti includunt, possunt: ita etiam hîc duæ naturæ in unâ communi hypostasi uniuntur, quæ etiam in abstracto de se invicem prædicari non possunt, in concreto autem possunt. Ut enim ibi non rectè dico: *Architectonica ars est musica scientia*: sed rectè enuncio: *Hic Architectus* (nempe qui nominatur Polycletus) *est musicus*: propter unitatem subiecti nempe Polycleti: ita vera enunciatio in hoc mysterio non est, *humana natura est divina natura*, nempe in abstracto: sed hic homo, (nempe Messias & Salvator mundi) *est Deus*.

106. Arguunt etiam id nomina abstracti & concreti: quæ propria sunt denominativorum: Nam abstractum est denominans: Concretum est denominativum. Quia igitur concedimus in hoc mysterio terminos proprios denominativorum, meo judicio ipsum modum prædicandi denominativum vix negabimus.

107. Nec est, quod hic obiicias, denominativum prædicandi modum tautùm accidentium esse: Primùm enim id negavimus in præcedentibus: Quandoquidem datur etiam modus prædicandi denominativus per se, ut sciunt

D

illi,

illi, qui doctrinam de demonstratione recte intelligunt;  
Item dantur exempla, ubi denominativum & prædicatum  
substantia est.

108. Per modum igitur prædicandi denominativum, qui formalis, non materialis est, tantum dicitur, quod prædicatum non sit ipsum subiectum, sed quod & insit, & tantum  $\kappa\tau\sigma\eta\delta\mu\alpha\sigma\pi$  communicetur: Quomodo autem insit, an essentialiter, an accidentaliter, id per modum prædicandi denominativum non explicatur.

*Modus* 109. Quocirca quando asserimus h̄ic, modum prædicandi denominativum esse: hoc dicimus; quod humana, inusitatus, CHRISTI natura prædicetur de divina non κατ' ἀστιαν vel ἀπλῶς, ideoq; nec in abstracto; sed κατ' ἄλλο & τροπαῖς, quatenus in unā hypostasi uniuntur, & ideo in concreto. Quamdiu enim hypostasis simul connotatur, veræ inde oriuntur prædicationes, nempe concretivæ, non abstractivæ, iuxta regulam: *Quicquid cum altero κατὰ συνδύασιν communicatur: de illo non nisi παρανόμως prædicari potest.*

110. Si autem porrò progreddiaris ad modum prædicandi materialem, qui, ut diximus, fundatur in necessitate & contingentia rerum, alterq; dicitur per se, alter per accidens: ibi deficere videtur Logica: Quandoquidem ad nullum modum per se propositiones hæ revocari possunt. Non ad primum, quia in illis prædicatum, neq; definitio, neq; genus, neq; species, neq; differentia est subiecti: Non ad secundum; quia ibi prædicatum est affectio & πάθος rei sive subiecti: quod h̄ic verum non est. Non ad tertium, quia ibi tantum, quod res sit substantialiter, dicitur: In his verò propositionibus aliquid amplius: Non ad quartum, quia prædicationes hæ non sunt caussales. Prædicationes quoq; accidentales, quatenus illis, quæ per se dicuntur, opponuntur, esse nequeunt: nam longè fortior est unio inter divinam & humanam naturam, quam est accident-

cidentalis & contingens, quæ accidentalium prædicatio-  
num fundatum est: ut illud quoq; in præcedente dis-  
putatione sufficienter demonstravimus. Dandus igitur  
est modus tertius & peculiaris, nempe *hypostaticus*, de quo  
Logica & humana ratio, quatenus divinitus informata  
non est, nihil scit, aut intelligit.

iii. Ex quibus nostris hypothesibus facile intelligitur, *Disparata-*  
quomodo & quoq; prædicationes hæ inusitatæ sint: *rum prædi-*  
nempe non respectu generalis & formalis modi Logici: *catio an-*  
*aliàs enim de mysterio hoc nulla posset fieri vel prædica-* *hic detur.*  
tio vel argumentatio iuxta formales regulas logicas:  
quod falsum & contra experientiam: sed tantum respectu  
specialium, & materialium modorum Logicorum, de  
quibus in parte propriâ & speciali Logicæ, quiq; imme-  
diatè in ipso unionis modo, quo ratio redditur unitatis,  
in rebus fundatur.

ii. Ergò, inquis, tollitur id, quod vulgò dicitur, pro- *Disparata*  
positiones has inusitatæ esse propterea, quòd in illis dis- *distingu-*  
parata de disparatis prædicentur? *untur.*

ii. Scio, quòd vulgò ita definiatur prædicatio inusi-  
tata; imò eandem definitionem invenies in meis institu-  
tionibus Logicis. Verùm distinguatur hīc inter dispa-  
rata *Φαινόμενα*, & inter disparata *κατ' ἀληθειαν*.

ii. Sunt illa disparata *Φαινόμενα*: nam si naturali in-  
tellectu, qui extrinsecus à Deo eruditus non est, percipi-  
as duas illas voces in hisce prædicationibus: *Deus est ho-*  
*mō, homo est Deus*, aliter iudicare non potes, quām dispa-  
ratas illas esse: Si verò illas ipsas perpendas intellectu di-  
vinitus informato, pro ut in propositionibus, quas con-  
stituunt, unitatem personalem explicit; statim intelli-  
gis, quòd *κατ' ἀληθειαν* disparata non sint. Nam disparata,  
ut diximus, sunt, quæ planè sunt disseparata, & nullo  
communi reali conveniunt: Verùm tali modo se non

habent, *homo & Deus*, quandoquidem unum sunt in personâ, nempe quæ ut quoddam intervenerit; Ideoq; tâm arctè uniuntur, ut in omnem æternitatem nulla dis-  
separatio institui queat. Et, ut verbo dicam, quod sentio:  
Duo disparata in rationalibus sunt duo personaliter di-  
stincta. Si igitur reverâ in hisce propositionibus essent  
duo disparata, duæ utiq; essent personæ: quæ de se mutuò  
affirmari, salvâ veritate, nullo modo possent.

*Errores.*

115. Quibus ita demonstratis, manifestum est gravissi-  
mè hallucinari Calvinianos. 1. Quòd concedunt qui-  
dem humanam Christi naturam sustentari in personâ  
 $\tau\bar{\nu}\lambda\circ y\gamma$ , ne in nihilum ruat: personam autem  $\tau\bar{\nu}\lambda\circ y\gamma$   
communicatam esse pernegent: Cum, ut demonstravi-  
mus, eo modo omnes creaturæ  $\lambda\circ y\omega$  personaliter essent u-  
nitæ. 2. Cum nullæ naturæ hypostaticè, nempe arctissi-  
mo hoc perfectissimoq; unionis modo, sine mutuâ com-  
municatione, uniri queant. 3. Quòd nescio quâm multi  
sint in configendo & cumulandis tropis: ubi ta-  
men per naturam nullus omnino dari  
potest, ut demonstratum.

F I N I S.



Theol. ev. Dogm. 68<sup>th</sup>, 14.